3548

222. 5. Carissime domine affinis S. P. Perscriptas literas, compositae
fasciculo sub prandium, cum non appareret hic homo
Rostochiensis, ambulatum a se schola, precibus, comita-
ti me iussi Bernhardum, ut quae non perscripta
essent, explicaret. Audivi multa, parum iucun-
da, parum grata: de morte novissimi affinis
ipsiusque Mercatoris nostri: narrabat inceptis illis
hic affinis nostri querelam de me, si a me contemni
saepe me ad affines alios, ad se nunquam scribe-
re, si quid vellem, per te aut Danielem indicari:
saepe scripsi, et si quid per vos nunciavi, factum
fuit per commoditatem proficiscentium: et sim-
pliciter putabam, perinde esse, quicumque ve-
strum cognosceret. Vos enim esse fraterno amore
coniunctissimos. Vides, quid valeat, et unde
nata suspicio. De hac igitur cum essem factus certior
tamen hominem, ut ad ipsum Joach. scriberem.
Quam si tu ea, quae scida inscripsi, nunciares,
ideoque ad ipsum non scripsissem, nihil non sibi de
mea superbia temere persuasisset. Tu eius scrupu-
lum penitus eximere te dignum feceris: idque
ut facias rogo. Adest autem iterum tibi
Bernhardus 19 vel 20. Jul. quod et ad affi-
nem scribo: quaeso negotium porro gere.
Vale. Islebii a.d. Kal. IV die Julii 1501

Vester

8.

Jo. [illegible]

Amplissimo, cl.mo prudentissimoq.
viro, Dn. Johanni Schwartz
J.V.D. Consuli et syndico Parchim.
affini carissimo,
amico integerrimo.

Parchim.